

RESPONSVM  
 D. Ludouici de Paramo, Inqui-  
 sitoris Regni Siciliae, pro defen-  
 sione iurisdictionis sancti Offi-  
 cij, aduersus oppositiones &  
 capitula iudicum secu-  
 larium eiusdem  
 Regni.

*Si forte in hoc volumine uiderentur  
 haec uerba; sacramentum ab Ecclesia  
 Dei institutum: sicut Lector. & per  
 incuriam typographi dicta esse;  
 unde, loco illius praepositionis  
 ab, apponenda est praepositio  
 in.*



*Et a ten forme et figura  
 foris del 646. per Comi-  
 sion del 10. 7. 70  
 + francisco Maldonado*

Madridi Ludouicus Sanchez. Anno. 1594.

COLL. SOC. IESV SALM. EX DONO REGVM



*SVPREMO SENATVI REGIO*  
*Sanctissima generalis Inquisitionis,*  
*LVDOVICVS DE PARAMO, REGNI*  
*Siciliae Inquisitor.*




*Reuitas temporis ad confutanda ad-*  
*uersariorum vota praescripti pro gra-*  
*uitate & dignitate causa, effecit, ut*  
*non possim longam orationem con-*  
*texere. Quod erat mearum partium,*  
*qua potui diligentia praestiti: nequè enim causa ve-*  
*ritas conquisita undiquè rationum momenta, &*  
*scriptionis accuratationem magnopere desiderabar:*  
*ne si eloquentia vi niti uideretur, infirmitatem suã*  
*proderet: ipsa summet praesidio instructa facile bene-*  
*uolorum & integrorum iudicum animos expugna-*  
*bit. Vestrae fidei est, cui huius causa cognitio demãda-*  
*tur, à calũnyis eã vindicatã, integrã incolumẽq; ser-*  
*uare, & iurisdictionem huius nostri sacri fori immi-*  
*nutam tueri: ut plus potuisse simplicem causa no-*  
*stra equitatem ad sui defensionem, quàm aduer-*  
*sariorum potentiam & multitudinem sua omnia*  
*utilitate metientium ad disciplinae ecclesiastica ob-*  
*seruantiam infirmendam, apud vestram equita-*  
*tem omnes intelligant. Flamma dum exigua, nullo*  
*negotio extinguitur: ubi verò idoneam naçta ma-*  
*teriem*

# I E S U S.

## P R A E F A T I O R E- S P O N S I O N I S G E N E R A L I S Aduersus ea quæ opponuntur & sciscitantur con- tra iurisdictionem Sancti Officij regni Siciliae, in qua ostenditur, quæ & qualis sit iu- risdictio illius.


### S V M M A R I V M.

- 1  *Inquisitores sunt Delegati Apostolici.*
- 2 *Officiales, familiares, & ministri sancti Officij, sunt ministri necessary, sine quibus non potest dictum officium exerceri, & ob id gaudent foro Ecclesiastico, eorumque causa debent ab Inquisitoribus cognosci.*
- 3 *Familia clerici non potest in causis civilibus, neque criminalibus à iudice laico cognosci, secundum magis communem opinionem.*
- 4 *Inquisitores sunt clerici, & non solum equales, sed & maiores Episcopo in iurisdictione eis concessa.*
- 5 *Delegatus Summi Pontificis non solum gerit vices Pontificis, sed & eius locum tenet.*
- 6 *Inquisitores an possint tantum cognoscere de causis suorum*  
A fami-

# Caput primum.

DE ORIGINE INQUISITIONIS  
sancti Officij, & an temporalis iurisdictio quam  
exercent Inquisitores, sit annexa & accessio-  
ria Ecclesiastica.

## S V M M A R I V M.

- 1 urisdictio temporalis, quā Inquisitores Regni Siciliae recognoscunt à Rege domino nostro, an sit delegata?
- 2 Inquisitores quamvis sint Ecclesiastici, Ecclesiasticamq̃ iurisditionem habeant, an intelligantur illam habere quoad causas fidei tantum?
- 3 Iurisdictio Inquisitorum quando dicatur Ecclesiastica, & quando tēporalis. ¶ nu. 4. 60. 61. 62. ¶ .63. Et an oriēs ex diuersa qualitate, diuerso iure censerī debeat. ibi.
- 5 Iurisdictio temporalis Inquisitorum Regni Sicilia, est Ecclesiastica.
- 6 Officiales, familiares, & ministri sancti Officij in fidei fauorem, & augmentum Religionis, gaudent omnibus priuilegijs, prerogatiuis, & immunitatibus, quibus & Inquisitores, & sunt exempti à iurisditione temporalī, & Ecclesiastica ordinaria.
- 7 Officiales, familiares, & ministri sancti Officij Regni Siciliae, de iure municipalī ipsius Regni, equiparantur clericis, & gaudent eisdem immunitatibus & exemptionibus Ecclesiasticis, suntq̃ exempti à iudicibus ordinaris.
- 8 Officiales, familiares, & ministri sancti Officij, sunt ministri